



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Vincentii Brvni, Societatis Iesv, Meditationes, De
Præcipvis Mysteriis Vitæ & Passionis D. N. Iesv Christi**

Cum Veteris Testamenti Figuris, & Prophetijs, varijsque Documentis ex
quoque Euangelio depromptis, Nunc ex Italico in Latinum translata

Meditationes, De Vita Et Passione D. N. Iesv Christi

Bruno, Vincenzo

Coloniae Agr., 1599

VD16 ZV 2606

XVII. De ingressu Christi in domum Zachæi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59846](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59846)

DE INGRES-
 SV CHRISTI IN
 DOMVM ZA-
 CHAEI.

MEDITATIO XVII.

EVANGELIVM.

INGRESSVS IESVS peram-
 bulabat Iericho, Et ecce vir no-
 mine Zachæus, & hic princeps e-
 rat publicanorum, & ipse diues, &
 quærebat videre IESVM quis esset,
 & non poterat præ turba, quia statu-
 ra pusillus erat. Et præcurrens ascen-
 dit in arborem Sycomorum, vt vi-
 deret eum, quia inde erat trāsiturus;
 Et cum venisset ad locum, suspiciens
 IESVS vidit illum, & dixit ad eum.
 Zachæe festinans descende, quia ho-
 die in domo tua oportet me manere.
 Et festinans descendit, & excepit il-
 lum

Jum gaudens. Et cum viderent omnes, murmurabant dicentes, quod ad hominem peccatorem diuertisset; Stans autem Zachæus, dixit ad Dominum. Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus, & si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplam. Ait Iesus ad eum. Quia hodie salus domui huic facta est, eo quod & ipse sit filius Abraham. Venit enim filius hominis querere, & saluum facere quod perierat.

PROPHETIAE.

- Psal. 9.* 1. **D**esiderium pauperum exaudivit Dominus, preparationem cordis eorum audivit auris tua.
- Sap. 6.* 2. Sapientia facile videtur ab his, qui diligunt eam, & inuenitur ab his, qui querunt illam: preoccupat qui se concupiscunt, ut illis se prius ostendat.
- Ezech. 33.* 3. Si impius egerit penitentiam a peccato suo, fecerit iudicium, & iustitiam, & pignus restituerit, rapinamque reddiderit, in mandatis vite ambulaverit, vita viuet, & non morietur: omnia peccata eius que peccavit non imputabuntur.
- Ibidem.* 4. Nolo mortem impij, sed ut convertatur a via sua & vivat.

CONSIDERATIONES.

IESVS benedictus ingressus ciuita- *Punct. 1.*
 tem Iericho, ambulauit per illā. Hæc
 est antiquissima & illa famosa ciuitas,
 quæ primo loco à magno illo belli du-
 ce Iosue in ingressu terræ promissionis
 fuit capta, omnibusque habitatoribus
 eius cæcis funditus vastata. Saluator
 ergo mundi, qui non ad perdendas, sed
 saluandas animas uenerat, sicut Iosue
 hanc ciuitatem obsedit & circuiuit ad
 eam destruendam, ita ipse, uti redem-
 ptor, eandem obsedit, & perambulauit
 ad eam saluandam. Et sicut idem Do-
 minus in lege ueteri fuerat erga hanc
 ciuitatem DEVS uindictæ, sic nunc
 uolens eam restituere suæ gratiæ &
 beneuolentiæ, se demonstrat erga eam
 patrem misericordiæ & omnis conso-
 lationis. Siquidem eam tum diuina sua
 præsentia, tum doctrina sua atque mi-
 raculis nobilitauit. In ea enim lucem
 reddidit cæcis, principem publicano-
 rum Zacharum conuertit, totamque eius
 familiam ad salutem adduxit. Quid ue-
 ro aliud significabat hæc vrbs Iericho,
 quod interpretatur *Luna*, nisi huc mun-
 dum uolubile & inconstantem? qui re-
 tē dicitur cæcus, quia priuatus oculis
 & lu-

& luce intellectus, non cognoscit
 nec colebat suum Creatorem. Erat quoque
 domus publicanorum & peccatorum
 nam ut dicit Apostolus S. Ioanes. *Mor-*
duus totus in maligno positus est. nec mirum
 quia princeps & caput illius erat datus
 omnium peccatorum princeps. Ven-
 go Saluator lux mundi ad hanc civita-
 tem Iericho peruenit, illuminavit tene-
 bras ignorantiae illius, salutemque aeternam
 illi apportavit. Ingredditur autem
 bonus IESVS Iericho, non ut Iosue ar-
 matus, sed ut auctor pacis, non ad eam
 euertendam, sed restaurandam. O si re-
 didisses illum hominum amator obstran-
 tem per urbem, & studiosè quarentem
 peccatores, ut aliquem ex illis ad se at-
 trahere & saluare possit. Vide quomodo
 ibat tanquam bonus Pastor totus sol-
 licitus in quarendis ouibus aberrantibus
 ut eas reduceret in suum ouile. Ibat
 tanquam Medicus ingenti amore animas
 infirmas quarens, & cupidus restituendi
 illis sanitatem; ibat velut peritus Magister
 ad docendum homines viam salutis.
 ibat denique instar callidi venatoris
 cum summo desiderio agendi praedam
 non iam ferarum syluestrium, sed
 animarum & cordium humanorum. Et
 ideò non parebat labori, sed semper
 am-

*1. Ioan. 5.**Ioan. 10.*

ambulabat, nunc huc, nunc illuc, extendens prædicationis suæ & miraculorū rete: aliquādo etiam simplici aspectu corda quasi telo feriens, admirandaq; potentia & suavitate ad se attrahens. Sic cepit *Luc. 7.*

Magdalenam, quæ capta aduoluit se ad sanctissimos eius pedes, & lachrymīs sordes interiores animæ suæ abluuit, ac ex meretrice publica, facta est speculū pœnitentium. Sic fecit Matthæo, quando eum respexit, & ab iniquitatis telonio vocauit ad perfectionem vitæ Apostolicæ. Sic deniq; dulcissime & misericordissime Domine, fecisti huic peccatori Zachæo, nam non ante egressus es *Mat. 9.*

ex urbe Iericho, quam animā eius prædatus esses, eumq; clementer ad pœnitentiæ statū vocasses. Heu, Domine mi, quot sunt hoc tēpore homines qui expertes gratiæ tuę instar bestiarū & ferarum syluestrium obsequuntur suis cupiditatibus inordinatis & carnalibus?

Age Domine, per eadem misericordiæ viscera, quib. iam ex alto nos visitasti, *Luc. 1.*

emitte, obsecro, quoq; nunc de cælo sagittas potentes & salutare in animas nostras, timore tuo sancto & amore *Psal. 118.* transfixæ, deserant omnes consuetudines carnales & beluinas, & initium faciant vitæ piæ & Christianæ ad honorem

rem & gloriam diuinæ Maiestatis.
 2. CONSIDERA statum Zachari
 antequam cælesti gratia præueniret
 alium hominem mutatus esset, & de
 ta rerū terrenarū cupiditate, partem
 fieret copiosarum benedictionū, &
 ineffabilis Dei bonitas illi cōmunica
 uit. Erat Zachæus homo passim nota
 nō fama virtutū, sed vsurarum & ali
 rum iniustarum rapinarum, quibus
 cupletior erat factus; deinde ob
 quoque autoritatem: erat enim præ
 ceptus & caput publicanorum, qui
 tēporis pro publicis peccatoribus, &
 fraudes & dolos, qui in illo officio
 mitti solent, habebantur. Jam ergo
 gita quis status esse potuerit Zachari
 quo auaritia coniuncta cum aucto
 ritate humana dominabatur, ubi nota
 rat modus, neque terminus inexplor
 abilis cupiditatis lucrandi, & amor
 niæ, velut densissima nebula iras
 xerat pectus, ut oculos in cælum ad
 ra bona attollete non posset, & ad
 non cognoscebat, nō quærebat, nec
 mabat aliud, quam opes terrenas, &
 na temporalia: & quia honestis archa
 institutio suo facere nō poterat satis
 auaritia impulsus totum se in mare
 quitatis immergebat, atque ita multo
 homi

C
 homo
 non ar
 lum fa
 se in d
 sibus.
 serabil
 nunt se
 tiri. V
 non vi
 uertatū
 peccatū
 iam m
 ram an
 diuinio
 nubem
 ruerat
 clemēt
 desider
 cupidit
 obtine
 voce e
 seruo l
 num fac
 mea. V
 Deus
 dam ho
 desistat
 nignira
 re poste
 us adijff

homo longius in dies à Deo recedebat,
 non animaduertens, quo maiorē quæ-
 lum faceret caducorū bonorum, hoc
 se indigniorem reddi thesauris cæle-
 stibus. O status verè infelix. O vita mi- *Eze. 18. 33.*
 serabilis eorum, qui velat mancipia si-
 nuat se hoc pessimo auaritiæ vitio irre-
 titi. Verum tu Pater misericordiæ, qui *Sap. 11.*
 non vis mortem peccatoris, sed vt con-
 uertatur & viuat, & ideo dissimulas
 peccata hominū propter pœnitentiam,
 iam multo ante decreueras hanc mise-
 ram animam è tantis tenebris eripere,
 diuiniq; amoris tui igne obscurā illam
 nubem, quæ oculos mentis eius ope-
 ruerat colliquefacere Atq; ideirco tam
 clemēter inspirasti cordi eius sanctum
 desiderium, quo permotus tui videndi
 cupiditate teneretur, videndo autē ad
 obtinendam salutem perduceretur, vt
 voce exaltationis vnā cum fidei tuo
 seruo Iacob dicere posset. *Vidi Demi- Gen. 32.*
num facie ad faciem, & salua facta est anima
mea. Vide quā bonus & suavis est
 Deus, quā promptus est ad præben-
 dam homini occasionem, vt peccare
 desistat & ad se conuertatur; quanta be-
 nignitate cū præuenit, & quanto amo-
 re postea cum recipit. Nunquā Zachæ-
 us adijisset Christū, nisi CHRISTVS
 prius

VITA
 iestatis.
 um Zachæ
 ra uenit
 flet, & de
 e, partic
 ionū, qu
 cōmuni
 ffin not
 rum & c
 quibus
 de ob
 enim p
 m, qui
 oribus,
 officio
 m ergo
 Zachæ
 m aud
 vbi non
 inexpl
 mor p
 la ita
 um ad
 e, & n
 bat, nec
 as, & b
 lis arch
 at fati
 a mare
 ira m
 hono



prius adisset ipsum, & dignatus fuisset
 ambulare per Iericho. Nūquam etiam
 Zachęs deseruisset negotiationem su-
 am ad videndum CHRISTVM tra-
 euntem, si cordi illius nō prius impre-
 sisset desiderium videndi ipsum. O animę
 Christianę, si miseria & fęditas pec-
 cati non sufficit, vt ab eo abhorreat,
 & confestim illum desideretis, minime
 vos moueat tanta bonitas & benigni-
 tas vestri redemptoris, vt pręteritis et-
 ratis per penitentiam deletis, conuer-
 tamini ad ipsum, dum vobis largitur
 tempus & commoditatem, dum vobis
 est proximus, & transit per viciniam ve-
 stram. Vę illi, qui cum vti posset hac sua
 diuina bonitate & longanimitate, sua
 culpa neglexit: veniet enim tempus
 vt optabit, & non poterit: & tunc quo-
 maior fuerit Dei patientia in expectan-
 da pęnitentia, hoc durior erit seueritas
 iustitię in castigando.

3. **C O N S I D E R A** quod etsi talis
 fuerit Zachęi status, qui poterat cũ po-
 tius prouocare ad contemnendum
 similem IESVM, quàm amplectendum,
 erat enim homo copiosus & potens, ac
 deprauatę vitę; nihilominus magnum
 videndi CHRISTI desiderium ostēdit
 derit, sciebat enim beatos oculos esse
 quę

gnatus fuisset
 quam etiam
 iationem su-
 STVM trā-
 prius impre-
 um. O anti-
 feditas po-
 abhorreat,
 tis, minima
 & benigni-
 prateritis et-
 eris, conuet-
 obis largitu-
 a, dum vobis
 e viciniam ve-
 osset hac sua
 imitate, sua
 m tempus ei-
 : & tunc quo-
 a in expectan-
 erit seuerita-
 quod essi tali-
 oterat ei po-
 nendum im-
 plectendum,
 & potens, ac-
 ns magnum
 derium ostē-
 s oculos esse
 qu-

qui eū videre possent; & ideo egressus
 est domum suā, omniaq; negotia, quæ
 præ manibus habebat, deseruit, non ex
 vana quadam curiositate, vt Herodes,
 sed ex deuotione, bonaq; voluntate,
 desiderans cognoscere præsentem, de
 quo ex hominum sermonibus admi-
 rāda quædam narrari audierat. O quot
 exemplo Zachæi cupiunt videre Chri-
 stum, & esse beati; sed ita, vt nulla in re
 sibi incōmodare velint, nolint quoque
 negotia & lucra temporalia relinque-
 re, multo minus verò manus ad opera
 & labores extendere, vt vnà cū Zachæo
 insiliant in arborē crucis. Desiderabat
 itaq; Zachæus videre CHRISTVM,
 sed nō poterat præ turba, quæ illū cir-
 cūstabat. Vide, neminem, tam citò in a-
 nimo constituere posse de imitando
 CHRISTO, eiq; adhærendo, quin ili-
 co multa se obijciant impedimenta &
 obstacula, quibus retardetur, & aliquan-
 do omnino à sua conuersione reuoce-
 tur. Zachæus quidem duo habuit impe-
 dimenta. Vnum internum, alterum ex-
 ternum, nempe turbam, quæ crebrius
 pro suo more impediuit venientes ad
 CHRISTVM, vt ab eo iuuarentur. *Luc. 18.*
 Hæc conata est impedire cæcum Ieri-
 chuntium, ne obtineret à Christo o-

Matt. 9.

culorum lumen, dum cum reprehendit, & minatus est, ni taceret. Hæc impediuit paralyticum, vt aditum habere non posset ad CHRISTVM. Hæc etiam illudens CHRISTO, impedire voluit, ne excitaretur à mortuis filia Archisynagogi. Quamobrem mirum non est, si impediuerit quoq; Zachari, ne videre posset Christum. Haud secus solet importuna & malitiosa hæc turba magna impedimenta opponere illis, qui amore Christi se totos dedicare volunt diuino cultui & seruitio; nam in hos statim incurrunt parentum & cognatorum, opum, honorum, & voluptatum turbæ, ac mille artib. & dolis diabolicis conantur illorum institutum retardare: cum tamen cõtra, si quis longè recedat a Deo, dedatque se solutioni vitæ & peccatis, nullũ habeat repugnantem, nullum monentem vel deterrentem, immò verò etiam non desint, qui factum eius collaudent, & se illi socios & comites addant, vt citius illum precipitent in infernum. Proh dolor, etiam impietas progressa est, vt si quis salutem suam operam dare velit, vndeque inueniat oblocutores, & hostes: si autem ruere velit in tartara, non desit qui cooperire & consilio adsit & patrocinetur.

Al.

Alteru
Zacha
lus: ha
nus: i
ne C
ri: pos
anim
sed m
humil
hoc su
um, cir
paruul
Hic vi
quod
mor,
immò
trudi
cum p
ST V
que va
haberi
rem i
minis
di erat
dentia
diuina
nes h
suppl
CHR
eo vide

Alterum impedimentum internum Zachæi erat, quod esset statura pusillus: hæc enim eum impediuit, quo minus in tanta hominum multitudine CHRISTVM præsentem intueri posset. Pusillus erat corpore, sed animo excelsus, corpore erat in terra, sed mente tangebatur cælum, immò quo humilior erat in seipso in tanta turba, hoc sublimior erat in cælo apud Deum, cum dixerit. *Qui se humiliaverit sicut parvulus iste, hic maior est in regno cælorum.* Matt. 18.
 Hic videtur quam bene fecerit Zachæus, quod sui principatus, opumque immemor, instar hominis vilis & plebæi, immò pueri, in conspectu tantæ multitudinis cucurrerit, & arborem ficum proximam viæ quam CHRISTVS transibat, conscenderit: neque valde laboravit ludibrio à Iudæis haberi, quod homo tantus in arborem insiliret causa coaspiciendi hominis pauperis & humilis, cuiusmodi erat IESVS. O eximiam prudentiam Zachæi non humanam sed divinam, qui tam bene norat omnes huius mundi respectus pedibus supplantare: quare meruit non solum CHRISTVM videre, sed etiam ab eo videri & vocari, imò recipere eum

& in domum & in animam suam.
 4. CONTEMPLARE nunc Zachari
 in hac arbore, quanto desiderio & de
 uotione Dominum aduenientem ex
 spectarit, vt dulci eius aspectu perfici
 posset, existimans se ea re beatiorem
 quam omnibus alijs huius vitæ delin
 futurum. Vide quam præclaras virtutes,
 hoc exiguum boni desiderij semina
 produxerit in eius anima. Nondum
 Zachæus audierat dicentem Christum,

Matt. 16.

Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.
 Et iam factis incipit præstare Euangelica consilia: abnegat enim seipsum, dum nullam rationem habet suæ dignitatis: nullam obloquiorum, vt suo proposito faciat satis. Capit quoque tollere crucem, dum non fugit laborem insiliendi in Sycomorum, quæ dicitur ficus fatua. Quæ arbor non aliud significabat, quam CHRISTI crucem, quæ teste Apostolo, Iudæis fuit scandalum, & gentibus stultitia. Denique adsecutus est CHRISTVM desiderio interno, & cordis præparatione. Vnde mirum non est IESVM, cum ad locum illum peruenisset in solum Zachæum, neglecta turba qua stipabatur, subito intentum, eumque vocasse, secundum illud

1. Cor. 1.

illud
 quem
 erit
 Erat
 sed
 sed t
 enim
 desic
 nem
 re ad
 spect
 me
 alio
 para
 tam
 qua p
 in co
 pius
 oculi
 sed in
 cieba
 pecc
 huic
 grati
 alijs
 iusto
 num
 stum
 à CH
 quan

VITA
am suam.
anc Zachari
derio & de
ientem ce
ectu perfru
beatiorem
vita delin
claras virtu
derij semen
Nondum
a Christum,
neget semen
sequatur
are Euange
m seipsum
et suae digni
um, ut sua
it quoq; tol
git laborem
qua dicitur
aliud signu
TI crucem
fuit scand
Denique
A desider
ione. Unde
ad locum
Zacharium
atur, fuisse
secundum
illud

illud, quod per Prophetam dixerat, *Ad Esa. 66.*
quem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & tremeantem sermones meos?
Erat quidem Zachæus dives nummis, sed inops virtutum & gratiæ cœlestis: sed tamen contritus corde, à tempore enim quo CHRISTVS illi immisit desiderium videndi se, in alium hominem mutatus est, cepitque se disponere ad gratiam, quam Dominus suo respectu illi postea communicavit. Timebat quoque DEVM: licet enim alio modo potuisset videre Christum, parando viam & aditum per turbas, tamen conscientia peccatorum suorum à qua pungebatur retractus, non audebat in conspectum eius prodire, vel propius cum accedere. Verum illi diuini oculi, qui non in externam speciem, sed in internum cordis affectum coniciebantur, in solum publicanum peccatore se agnoscentē conuersi sunt, huic soli IESVS suo respectu attulit gratiam & remissionem peccatorum, alijs omnibus relictis, qui se reputabant iustos, & Zachæum aspernabantur. Bonum igitur fuit Zachæo vidisse Christum, sed multo melius visum fuisse à CHRISTO. Hic cogitare potes, quantus amoris ignis diuino illo Chri-

sti intuitu in corde Zachari accendit
 fuerit, quod, excluso omni desiderio &
 affectu terreno, ineffabili gaudio & con-
 solatione repleuit. O anima mea tep-
 da; anima negligens, quam exile in
 desiderium est videndi Deum gloria
 Maiestate circumdatum; comparatione
 ardoris quo hic publicanus, orbem
 licet fidei lumine, flagrauit, ut videre
 cum tantum corporaliter. Hoc deside-
 rabat olim bonus Moyses cum dixit
*Si inueni gratiam in oculis tuis, ostende mihi
 faciem tuam.* Hoc quoque desiderio arde-
 bat sponsa, dicens, *Indica mihi, quem
 amat anima mea, ubi pascas, ubi cubes in
 die? ubi, nimirum beatissimo tuo con-
 spectu pascas tuos electos, & ubi
 circumdatus perfectissima, splendidissima
 maque luce, qualis solet esse in mes-
 die, perpetua quiete & tranquillitate
 fruare? Sed mirum non est tibi non
 inesse hoc sanctum desiderium, cui
 careas amore, ex quo illud procedit.
 Certè si non teipsam tantopere ama-
 res, & res mundi, sed totum amorem
 tuum collocares in Deo creatore tuo,
 non dubium est, quin tu, non secus
 qui obscuro diuturnoque carcere con-
 clusus summo desiderio tenetur per-
 fruenda lucis, optatura sis cito exire*

Eron. 8.

Exod. 33.

Cant. 1.

tene
 mor
 visio
 Sanc
 do
 s.
 L
 tiost
 um
 lauit
 festi
 Salu
 qua
 tuam
 tion
 SV
 quid
 dent
 & id
 conf
 libus
 Vole
 rem
 etu
 vt su
 ro &
 Don
 qd n
 oport
 mis,
 teutu

tenebroso ergastulo, corpore scilicet *Rom. 7.*
 mortis huius egredi, ut iucundissima
 visione solis iustitiæ, qui cælestem &
 Sanctam Hierusalem illustrat, aliquan- *Apoc. 21.*
 do perfrui possis.

5. DOMINVS igitur attollens gra-
 tiosissimos oculos suos, respexit Zachæ-
 um & in signū benevolentiaē compel-
 luit eum suo nomine, dicens. Zachæe
 festinans descende. O bonitas infinita
 Saluatoris. Non aliud desiderabat, nec
 quærebat Zachæus nisi videre faciem
 tuam: qua conspecta summa consola-
 tione est affectus. Quid ergo bone I E-
 SV cum vocas, cur iubes descendere?
 quid opus erat tanta festinatione? Ar-
 denter amat Dominus animas nostras,
 & ideo tanta eius promptitudo est in
 conferendis gratijs & beneficijs spirita-
 libus, ut omnē moram grauatim ferat.
 Volens ergo misericordiā præstare, &
 remunerari Zachæum, ob deuotū affe-
 ctū quē erga se demōstrabat, mandat ei
 ut subito ex arbore descēdat. Primū ve-
 rò & maximū beneficiorū omniū quæ
 Dominus illi vnq̄ præstitit, fuit illud,
 quod mox subiunxit. *Quia hodie in domo tua*
oportet me manere. O caritas magna ni-
 mis, o pietas verē admirabilis. Non cō-
 tentus fuit huic vnicus animarū nostra

rum amator, facere illi sui copiā, p-
bere videndum, & tam familiariter
loqui, verum etiam, quod Zachæus non
dico petere, sed ne cogitare quidem
debat, voluit spōtē diuertere in domum
eius, & cum eo cibum sumere. Legimus
non semel Dominum rogatum in
inuitatum, cibum cum alijs sumptis
nusquam autem legimus, nisi hoc loco
co, quod non inuitatus, se ipse inuita-
rit. Quanquam ne iam quidem, nisi
Zachæo inuitatus, videri potest ad
eius domum, nō ratione inuitandi
dinaria, sed alia multo efficaciore,
vt potuerit dici non solum inuitatus
sed etiam impulsus ad eundem. Vnde
& rectē Dominus dixit, oportet me man-
nere in domo tua. Non audierat quidem
CHRISTVS vocem Zachæi in-
uitantis, sed bene viderat affectū & de-
siderium eius recipiendi CHRISTVS
in domum suam, nisi propria indige-
ntis conscientia obstitisset. Atque haec
ipsa Zachæi humilitas apud CHRIS-
TVM fuit inuitatio valde effica-
plus enim à Christo impetrat, qui
quidem rem aliquam desiderat, & ad
imperfectionum suarum conscientiam
non audet eam expetere, quam
sua iustitiæ confisus audet Christus

VITA

ad se inuitare. Eiusdem efficaciam fuit illa inuitatio Petri, cum dixit Christo. *Luc. 6.*

Exi a me, quia homo peccator sum Domine, quia sua profunda humilitate potius inuitauit Christum ad se, quam reiecit, causamque dedit ut CHRISTVS propius se illi adiunxerit. Similiter cum dixit Centurio, *Domine non sum dignus, ut* *Matt. 8.*

intres sub tectum meum, non ideo occlusit ianuam CHRISTO, immo magis prouocauit eum, ut vellet animam eius ingredi, & omnia beneficia sua spiritualia ei communicare. Ceterum, quae necessitas est ista, bone Domine, quae dicis te compelli ut diuertas in domum Zachaei? Tu enim, cuius est caelum & *Psal. 88.*

terra, nulla re nostra opus habes. Vbi considera, Dominum dixisse illud esse necessarium. Primum, quia haec erat voluntas aeterni sui Patris, & ipse hoc fine in mundum venerat sicut paulo post dixit, ut quaereret, saluaretque quod perierat, inter quos erat & Zachaeus. Dixit deinde esse necessarium, quia ad id illum impellebat immensus amor, quo erga nos flagrabat, & summum desiderium salutis nostrae promouendae, quo fit, ut quoties initia bonae voluntatis in aliquo deprehendit, mox illi obuiam quasi eat, cum praeueniat, suamque

X. 6. que

Sap. 6.

que operam offerat ac benignam quoque manum porrigat ad extrahendum illam à peccato, & perducendum ad vitam æternam. non secus, quam fecit

Luc. 15.

ille clementissimus Pater, qui, confuso à longe filio suo prodigo humiliter cum dolore antea cæ vitæ domum reuertente, ex amore magno quo eum prosequabatur, non expectavit, donec appropinquasset, sed sponte illi occurrerit, amplexus est, & dato osculo pacis tanquam amatissimum filium recepit. Præterea admodum generosus & magnanimus est noster Deus: non negat dare parum amicis suis, sed multum non res parvas, sed magnas. Vnde pro terrenis dat cælestes, pro temporali-

Matth. 19.

bus æternas. Atque ipse etiam dicit, si quis nomine suo rem aliquam huius mundi reliquerit, centuplum recepturum in hac vita, & in altera vitam æternam. Zachæo satis erat videre Christum corporaliter, verum qui in conferendis beneficijs non respicit meritum recipientis, sed magnitudinem & excellentiam donatoris, non solum voluit videndum se præbere Zachæo, sed etiã diuersari voluit in eius domo, ut diuturnius, & commodius posset

frui
ampl
grati
perti
6.
solat
deri,
nem
conc
neuo
tam
ta qu
re de
ad pe
rit. I
que t
que p
rat,
in de
ange
Quo
qui l
solat
veni
S T
Sicut
num
quen
ei fac
bus h

frui sua desiderata præsentia; & quod amplius est, ipsi, toti que eius familiæ gratiam suam, & salutem æternam impertiuit.

6. **C O N S I D E R A** quanta consolatio & voluptas Zachæo fuerit, videri, præter omnem suam expectationem, se ab eo, quem tantopere videre concupierat, tanta humanitate & benevolentia tractari, & voluntati suæ tam abundanter fieri satis. Vnde cogitata quanta celeritate, & gaudio ab arbore desilierit, quantaque reuerentia se ad pedes tam benigni Domini abiecit. Ex alia parte bonus **I E S V S**, atque si sine suo potius esset, ouiculamque perditam reperisset, quam quæsierat, deserta turba solus cum Zachæo in domum eius abiit: vbi, vt habet Evangelium, cum gaudio est receptus. Quod verò gaudium deesse poterat ei, qui habebat secum Deum pacis & consolationis? Nunquam vel in mentem venire potuisset bono Zachæo **C H R I S T V M** in domum suam venturum. Sicut turba quoque nouum & peregrinum visum est, tantum prophetam, quem ipsi ob doctrinam & miracula tanti faciebant, possibitis tot hominibus honoratis & pijs eum comitantibus,

diuerrere in domum publicani, hominis per vsuras & rapinas infamis. O quam longè abest iudicium Dei à iudicijs hominum. Tunc domus illa, quæ ob iniquos contractus & negotiationes prius erat infernus, vno momento ad ingressum CHRISTI facta est paradisus, sanctitate, iustitia & caritate plena; Dominus enim suo ingressu, & Zachæum, & totam eius familiam sanctificauit. Quare & Zachæus ante in proximos iniustus, factus est iustus, omnia maleparta restituendo, atque etiam ex auro factus est liberalis, & misericors, quia dimidium bonorum suorum dedit pauperibus. O mutatio dextræ excellens, & admirabilis Zachæi deuotio. Vide quomodo camelus deposita diuitiarum sarcina, incipiat transire foras æneæ, vt intret angustam portam crucis & perfectionis Christianæ. Nam interim dum Zachæus restituit res malepartas, facto ipso iniquitatem confitetur, & à iusto iudice CHRISTO veniam peccatorum consecutus est: dum misericordiâ exercet in pauperes, ex bono opere copiosum reportat meritum & gloriam. Nondum dixit Dominus Zachæo, *Si vis perfectus esse*

Psal. 76.

Mat. 19.

vade,
ribus.
spon
qui c
abit
cult
ex pu
to fa
sti. V
hodie
ipse s
clar
imit
nem
mi.
sua &
lunt
suan
Don
ham
sicut
brab
mem
neba
& g
& su
ham
cum
man
suis

VITA

vade, vende omnia que habes, & da pauperibus, & veni sequere me. Et tamen ipse sponte, non vt diues: ille adolescens, qui cognito hoc consilio contristatus abiit, sed magno cum gaudio cepit facultates suas erogare in pauperes, atq; ex publicano & peccatore infami subito factus est perfectus discipulus Christi. Vnde bene subiecit Dominus. *Quia hodie salus domui huic facta est, eo quod ipse sit filius Abrahæ.* Vbi vide, quàm præclare Zachæus paucis his actionibus imitatus sit fidem, virtutem & deuotionem magni illius Patriarchæ Abrahami. Vt enim hic egressus est è terra sua & domo, ad parandum diuinę voluntati, sic Zachæus reliquit domum suam, aliaque omnia, vt desiderio sibi à Domino immisso satisfaceret. Abraham desiderabat videre diem Domini, sicut CHRISTVS dixit ad Iudæos: *Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum.* Sic Zachæus magno desiderio tenebatur videndi IESVM. *Abraham vidit & gauisus est.* Similiter Zachæus vidit, & summo gaudio eum recepit. Abraham hospitio excepit Dominum vnà cum Angelis, cum iter versus Zodemam, & Zachæus eum recepit vnà cum suis Apostolis, quando transibat Iudæam

Gen. 12.

Ioan. 8.

Gen. 18. & 21.

dæam. Abraham benedictione Domini consecutus est filium: Zachæus eadem benedictione, ex filio perditionis factus est filius Abraham. Abraham obtulit Deo filium suum, Zachæus eadem suas facultates. Ille domum obtulit ex hærede, hic ex hæreditate. Merito ergo Zachæus dicitur filius Abraham, quod tam bonus fuerit paternarum virtutum imitator: nobis interim virtutum quoque relinquens exemplum, quibus officiis, bonisque operibus promereri possimus, ut reputemur inter filios Dei Patris nostri, cuius Abraham typum & figuram gessit. Si ergo volumus esse veritatis Patris filii, laboremus esse imitatores talis fratris, ne propter multa peccata nostra animum despondeamus & desperemus: si enim fecerimus, quod fecit Zachæus, poterimus quoque promereri quod ille promeruit.

7. CONSIDERA nunc animam meam, quam generosus & liberalis sit hic Dominus, quantamque benedictionem afferre solet ijs locis, quibus se presentem sistit. Nam cum esset in ventris matris ingressus domum. Zachæus sanctificavit Ioannem, & matrem Spiritu sancto replevit. Natus mundum ingressus est stabulum, & conuertit in

Ibid. 22.

Luc. 3.

Luc. 2.

VITA
ione Domi
achæus eius
perditioni
braham ob
hæus eide
num obtul
e. Merito o
Abrahæ, et
ternari vi
erim vitam
um, quibus
s promer
et filios Do
m typum
mus esse ve
us esse im
ppter man
pondeant
imus, quod
uoque pro
nunc anim
eralis sit h
nedictio
us se pro
let in vtu
Zachariæ
& marie
us mundo
onuertit in
para

paradisum. Ingressus est fluuium Ior- *Matt. 3.*
danem, & mox indidit aquis vim pec-
cata expiandi. Ingressus est domum Pe-
tri, & mox socrum eius à febris libera- *Matt. 3.*
uit. Intrauit domum Archysynagogi,
& filiam eius à morte excitauit. Intra- *Matt. 9.*
uit domum Pharisei, & peccatricem
iustificauit. Intrauit & nunc domū Za-
chæi, eumque iustificat, & donis diui- *Luc. 7.*
næ suæ gratiæ locupletat, ac familiam
quoque eius totam salute donat, sicut
Dominus ipse testatur. *Quia, inquit, salus
huic domui facta est.* O si hic dominus, &
cælestis benefactor dignaretur ingredi
pauperculū tui cordis hospitium, quan-
tum illud ditaret, quot donis cōpleret
ex immundo enim faceret mundum &
purum: ex infirmo sanum, è frigido ac-
censum in suo amore & ardens. Certe si
nō omnibus modo locis in quibus do-
minus versatus est, sed etiam omnibus
qui meruerunt eū attingere, tantā san-
ctitatem & salutem attulit sic vt etiam
passionis suæ instrumenta, vt spinas,
clauos, crucemque ipsam suæ sacræ
humanitatis tactu adeo sanctificarit,
vt iam illa veneremur tanquam san-
cta: quantā salutē credimus conciliari
animæ iusti, quando per cæleste & viui-
ficum Eucharistiæ sacramentum di-
gno-

gnatur ingredi illam? quam sancte
sunt manus, quam sanctum os, quae
rentur attingere & degustare illum
nem de caelo delapsum, quam sacra
pectus, in quo ipse Deus dignatur
poraliter habitare? Nam salutaris
cibus, quia omnis boni auctorem
continet, omnia quoque dona & ebri
rismata caelestia apportat illis qui
pascuntur. Hic cibus est vera anima
nostrae vita, vulnere nostrorum
dicina, infirmitatum salus, & in omni
bus laboribus ac afflictionibus solatio
& refrigerium. Hoc anima nostrae
ctissimo amoris vinculo cum caelesti
sponso suo coniungitur; hoc illustra
tur intellectus, voluntas inflammatur,
& confirmatur memoria. Hoc coarces
tur pravae inclinationes, & bona de
deria accenduntur. Denique hoc ce
lesti pane nobis accedit robur & virtus
ad ambulandum cum Propheta Hel
vsque ad montem sanctum Dei, in qua

3. Reg. 9. beatissima visione, infinitae dulce
Psal. 39. dinis torrente perfecte sa
tiabimur in aeter
num.

P
D
respe
mor
mum
ab on
que c
tentia
lis fu
tiam
tuae d
cum
quam
Et qu
nit a
qui p
cata p
nus p
simu

1. Z
at rati
confe
etiam
Sic ho
ra, ad
peccat

COLLOQUIUM.

PRECABERIS CHRISTVM
 Dominum, vt sicut misericorditer
 respexit Zachæum sedentem in Syco-
 moro, ad se benignè vocauit, & in do-
 mum eius diuertere voluit, vt sanaret
 ab omnibus vitijs: sic tibi misero quo-
 que concedat, vt possis a borem pœni-
 tentiæ ascendere, in qua merearis. ocu-
 lis suæ misericordiæ aspici, & ad gra-
 tiam suam vocari: atque vt conscientie
 tuæ domum dignè præparare possis ad
 eum excipiendum, quo tam interius,
 quàm exterius ab eo perfectè saneris.
 Et quoniam ille de cælo in terram ve-
 nit ad quærendum & saluandum eos
 qui perierant, te quoque iam per pec-
 cata perditum, dignetur tanquam bo-
 nus pastor quærere, & velut clementis-
 simus Saluator ad salutem perducere.

DOCUMENTA.

ZACHÆVS dum versatur in homi-
 num turba, non potuit videre **IESVM**.
 at tactus desiderio videndi, præcurrit, &
 conscensa Sycomoro non solum eum vidit, sed
 etiam meruit eum in domum suam excipere.
 Sic homo peccator, quamdiu versatur in ter-
 ra, addictus voluptatibus terrenis, & alijs
 peccandi occasiõibus, lumen diuinæ gratiæ
 affi-

aspicere non potest; sed quando Deus sua gratia praeueniente illi immittit salutis desiderium, ipseque incipit viam mandatorum percurrere, ac ascendens Sycorum, id est fatuam, pedibus conculcat omnes fatuam & vanitates huius mundi, tunc non incipit frui visione diuinarum consolationum, sed ipse CHRISTVS sua gratia ingreditur animam eius vt in ea commoretur.

2. Zachaeus post exceptum CHRISTVM in domum suam, non dixit, Ego dabo operam, vel in testamento relinquam, vt restituatur omnia inique accepta, & iniquitates erogentur. Sed dixit in presenti. Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus, & CHRISTVS mox illi respondit. Haec domui huic salus facta est. Non satis est homini qui peccauit, aut alium defraudauit, ad consequendam perfectam salutem, vt peccata restituat, sed opus est quoque vt in presenti restituat, vel penitentiam agendo, vel delictum proximo mox restituendo, atque etiam procurando, vt quamdiu viuit, elemosinas & aliaque opera bona faciat, nec committat, vt tamen fiant ab alijs post suam mortem.

3. Zachaeus, etsi esset homo honoratus, & publicanorum princeps, tamen ad videndum CHRISTVM non veritus est ascendere in arborem Sycorum. Sycomorus significat crucem CHRISTI. Nemo ergo cogit

posse vi
humili
scendat
Martyr
dunt
plectun
4.
Princip
pessillu
urba
diffe S
qui ma
tura p
est in
anmi
tur, qu
igitur
ration
Sycom
de du
litas
virtu
narum
gaude
5.
Etus
& di
signifi
statu
rerum

posse videre Christum, nisi per imitationem
humilitatis, patientie & mortificationis con-
scendat arborem crucis. Hanc ascenderunt
Martyres, alijque omnes Sancti; hanc ascen-
dunt omnes, qui ludibrium mundi facti am-
plectuntur consilia Christi.

4. De Zachæo refert Euangelium, eum
Principem fuisse publicanorum, & statura
pusillum, quia quia impediabatur, ut in media
turba CHRISTVM videre non posset, ascen-
disse Sycomorum & vidisse. Sic omnes illi,
qui malitia ceteros excedunt, dicuntur sta-
tura pusilli, ob exiguum pietatis spiritum, qui
est in illis: & idcirco turba perturbationum
animi negotiorumque secularium impediun-
tur, quo minus IESVM videre possint. Hi
igitur si eum videre velint, hoc est, in se ope-
rationem diuinæ gratie sentire, ascendant
Sycomorum, cuius arboris fructus sunt val-
de dulces, id est, pedibus obterant omnes de-
licias huius mundi, & sic sublatis in culmen
virtutum, poterunt conspectu IESV, diui-
narumque eius consolationum dulcedine
gaudere.

5. Sycomorus arbor excelsa est, cuius fru-
ctus foris asperi & duri sunt, interius dulces:
& dicitur ficus fatua. Per hanc Sycomorum
significatur status religiosus, qui excelsior est
statu seculari, consistit enim in diuinarum
rerum contemplatione, cuius fructus, id est,
exerci-

exercitia religionum, etsi in speciem videntur asperi, tamen verè ob spirituales fructum & sensum quem præbent, sunt dulces & suaves. Vocatur autem arbor fatua, quia hominibus loco stultitiæ habetur, præsertim omnibus bonis seculi, & alieno arbitrio subijcere, ac in religione velut mortuum arboram degere, in hanc sublimem arborem descendit pusillus Zachæus, id est omnes, qui se misse de se sentientes sunt humiles cordis, ad saluandas animas suas, ac ad videndum Deum in patria celesti, humilem statum mundi huius deserunt, & sublimem religionum amplectuntur.

6. CHRISTVS confecto Zachæo in arbore dixit, se velle in domo eius habitare. Dominus pro sua habitatione non elegit manus demissas & terrenas, sed mentes erectas & abstractas. Si ergo velimus excipere Christum in domicilium anime nostre, debet esse abstracta; primo à commoditatibus corporis & voluptatibus carnis, quæ abstractio significata est ascensione Zachæi in arborem. Secundo debet esse abstracta per propriam voluntatis abnegationem, quod significauit Zachæus, quando ad solam Domini vocem descendit, & magno cum gaudio ad eum accersitus. Tertio debet esse abstracta à cupiditate reum temporalium, quam abstractionem exprimitur

Zachæus
meorum
7. Zachæus
STO dicitur
suam
distribu
sublimi
Christi
opera
enim su
indiget
tem ve
ster pro
tis ve
mili
8. Zachæus
sectam
cuique
facien
secutu
CHRISTUS
tia, &
nos pr
suetud
nos a
Zachæus
banis
dis op
rum n
thæus

Zachæus, cum dixit. Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus.

7. Zachæus, confectus ex arbore CHRISTO descendit, eumque comitatus in domum suam excepit, & facultates suas pauperibus distribuit. Vnde discimus, post institutam in sublimitate orationis de vita & doctrina Christi meditationem descendendum esse ad opera & officia pietatis erga proximum: nec enim sufficit contemplari Iesum, quando ille indiget hospitio, vel auxilio nostro. Tunc autem verè indiget, quando indiget re aliqua non ster proximus, cum dixerit: Quamdiu fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis. *Mat. 25.*

8. Zachæus his suis sanctis actionibus, perfectam quasi formam expressit eorum, quæ cuique Christiano ad salutem consequendam facienda sunt: sicut ille eam à CHRISTO consecutus est. Nam sicut Zachæus ad videndum CHRISTVM primò reliquit domum, negotia, & socios suarum iniquarum actionum, sic nos primò debemus relinquere peccandi consuetudinem, omnesque actiones quæ solent nos ad peccandum inducere. Secundò, Zachæus cepit currere, vt anteuertet turbam: sic nos solliciti esse debemus in prestandis operibus bonis, gnauius viam diuinorum mandatorum percurrendo. Tertio, Zachæus ascendit in arborem, sic nos cor nostrum & af-

& affectum auulsum à rebus terrenis au-
 lere debemus ad celestia. Et quia hoc
 bor erat typus crucis CHRISTI, nos
 formare debemus cruci, patienter tolera-
 do omnem contemptum & afflictiones
 ius vitæ. Et sicut Zachæus ascendit in
 causa videndi CHRISTI, si nos
 per orationem ascendere debemus ad
 rationem & contemplationem Sanctissimæ
 eius vitæ. Quarto, Zachæus vocatus à
 S T O cum festinatione descendit, si
 non debemus esse segnes & tardi in
 tendis diuinis inspirationibus, sed promptè
 sumè exequi quicquid Dominus pro
 nostra nobis suggererit. Quinto, Zachæus
 excepit Dominum in edes suas magno
 gaudio: sic nos quoque crebrius debemus
 Dominum sacramentaliter in anime nos-
 domum cum omni humilitate, deuotione &
 letitia spiritali recipere. Sexto, Zachæus
 stabat erectus in præsentia CHRISTI, dis-
 turba mormurarent: sic nos cum diuina
 erecti fuerimus à peccato, studeamus
 amplius labi in illud, sed potius rectitudi-
 nem iustitiæ conseruemus, & in bona
 inchoata, neglectis obloquijs & calumnijs
 huius mundi persistamus. Septimo, Zachæus
 suas facultates distribuit, partim ad
 faciendum illis quos defraudarat, partim
 ad iuuandos pauperes: sic nos primo

C
 peccatis
 facere D
 illis deb
 iurias co
 bus quas
 sando, Si
 ta etiam
 parum p
 mus, &
 atque et
 solemur
 resuare
 dici p
 e

peccatis debemus operibus penitentiae satisfacere Deo, deinde etiam proximis, si aliquid illis debeamus, vel restituendo aliena, vel iniurias condonando; deinde etiam ex facultatibus quas habemus aliquid in pauperes dispensando. Si multa bona à Deo acceperimus, multa etiam pauperibus cum Zachæo demus; si parum parum si nihil, minimum eis condoleamus, & bonam voluntatem illis declaremus, atque etiam orationibus & bonis verbis consolemur eos, quos deprehendimus aliqua necessitate vel aerumna affligi; & tunc de nobis dici poterit, quod christus dixit de Zachæo. Hodie domui huic salus facta est.

DE



terrenis
quia
TI, nos
enter
fflictione
endit
si nos
mus ad
Sancti
atus à
ndit, si
ardi in
sed prom
us pro
dò, Zach
es magno
rius deb
animz
deuotione
xto, Zach
RISTI, do
m diuina
deamus
us rectitud
in bona
& calum
mò, Zach
im ad
erat, par
s prius
pet